Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Mariengebetbuch, dt.-lat. - Cod. St. Georgen 96

[Westschwaben (Villingen?)], [um 1510–1515]

›Alia oracio ad virginem gloriosam.‹

urn:nbn:de:bsz:31-376667

Visual Library

Aue mundi spes maria Alia oratio ad virginem gloriosam
Aue mitis, Aue pya, Aue virgo mater christi. tu que sola meruisti esse mater sine viro. et lactare more miro. angelorum imperatrix. peccatorum consolatrix. Consolare me lugentem. in peccatis iam fetentem. Consolare peccatorem et ne tuum des honorem alieno aut crudeli. precor te regina celi. Me se habeto excusatum apud christum tuum natum cuius iram expauesco. a furore contremisco. Quia peccaui tibi soli. O maria virgo noli esse mihi aliena. gratia celesti plena. esto custos cordis mei. consigna me timore dei. confer vite sanctitatem. et da morum honestatem. da peccata me vitare. et te amare. O dulcedo virginalis. numquam fuit nec est talis. Et c.

natas mulierum. quem creator rex.
te elegit genitricem. o maria pec-
catricem emundauit aduentu. pro
me tuo precatu. a peccatis cunctis tergat.
ne infernus me demergat. Eya
rosa sine spina. peccatorum medicina.
preme xpm intus procella. ut me saluet
a procella. Quem mundi tu inmundi-
cie fluctus furibundi. ex parte
me impingunt. et peccati zona stringunt.
Criste fili summi patris. per amorem
tue matris. cuius venter te portauit
et te dulci lacte pauit. Te piissime
rogo supplex. quia tu es salus duplex.
salus rex mundanus. atque salus animarum
Te ne precor lege regis. miserere mei
deus. Miserere xpe dei. miserere fili dei
Miserere miserere. miserator namque es
vere. Tu peccata dele mea. et cor

mundum inmunde crea Da per te firma
fide se recta. caritate perfectam
Et concede finem bonum. per te super vere do-
num. Ut in corde sic coniungar. tibi christo
per coniungar Fac me digne manducare.
corpus tuum salutare. ira tua non me
ffranet. sanguis tuus sic me lavat.
Extra corpus et in corde. a peccatis et
a sorde. Ut dum instat hora mortis.
angelus me assit fortis. a te datus michi
custodem. qui det locum inter iustos Mors
dum carnem meam frangat. mors
secunda non me tangat. licet caro compu-
trescat. spiritus tamen in te requiescat. dum
resurgo te visurus semper aput te mansu-
rus Audi nos nam te filius nichil ne-
gans honorat Salva nos Jhesu pro quibus
virgo mater te orat Amen